



trinam; Si uidero iustum stantem. uisionem ad sollicitudinem & philosophiam
deduct; & hac namque uisione addisco certamen & erudior ad
uictoriam; Quod si uidero iustum sub plantatum. contristor quidem.
sed cuitior defacto inuenior; Hæc autem omnia mihi non transitoria.
neque sine causa sunt dicta; Sed qui a psalmo qui hodie lectus est. ima
ginem ad hanc nos disciplinæ doctrinam adducit; Sic enim ait pro
pheta; Misere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
& secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem
meam; Hæc est imago. psalmum enim. imaginem uoco; Uideo
enim diuersas in psalmo personas. peccatum insurgens. & occasione
deductum. penitentiam adstantem & concertantem. & misericor
diam desuper adducentem. & philosophiam prestantem. penitentiam.
multos lacrimarum & confessionis fontes habentem; Iste psone
imagines; Sed prius quam ad psalmum ueniam. iustum est eius
superscriptionem uobis enarrare; Sicut enim habent imagines.
subscriptions deorsum fixas. in quibus scriptum est.
Quis & quod proelium euecit; In psalmo uero desuper titulus
fixus est; Que causa sit. que uel doctrina. & qua propter psalmus dictus
sit; Prebet etiam uias ad tentius aures; non enim de paruo immi
næ narratio nobis; psalmus dauid cum uenisset & ad eum nathan propheta
quando intrauit ad bethsabæ uxorem uris; hæc est superscriptio;
Discamus igitur quis est nathan. discamus & que sit bethsabæ uxor uris;
& quando ad eum intrauit propheta. qua propter psalmum istum scrip
serit; Non enim omnes psalms in dauid scripti sunt. nec omnes ab ipso con
scripti sunt; Neque enim proprias tantummodo passiones edixit